

Johann Tobias Carrach

**Academiae Fridericianae Proreector Io. Tob. Carrach JCtv... Et Reliqvvs Senatvs  
Academicvs Annua Sacra Paschalia Ad D. XXX. Martii M D CC LV. Indicvnt Addita  
Commemoratione Conatvvm Henrici Gvilielmi Lvdolfi Circa Ecclesiae Orientalis  
Salvtem Inde A Medio Nov. Anni MDCLXXXXVII. Usqve Ad Finem A.  
MDCLXXXXVIII.**

Hala: E Typographeo Lehmanniano, [M D CC LV]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn862199190>

Druck    Freier  Zugang





a. B.  
48. b. 34.

67

U3

Fa-1092(67)

1. Michaelis n. versio p. Surae  
 2. Ribouius de Christo Redemptore  
 3. Walchius de Obedientia Christi act.  
 4. Hoffmannii Explanatio comitis  
 v. II perso. 7.  
 5. Gotterus de Obscuritate Epist. Pauli  
 6. Gisaldu Crisp.  
 7. Boeji Tentat. Electrica  
 8. Brücknerg de Iuramento  
 9. Vossius Studiorum  
 v. Wolfenbüttelensis Confess.  
 10. Hauffdorff de ordinatione  
 Timothei  
 Hofmanns Gloriobus. mästigns Mart. &  
 d. Jy laste. sif mif.  
 11. Neureuter de Iure capituli  
 moquintini  
 13. Martinus de Jacobo de  
 chia vulgo Jacobello.  
 14. Marcus Catulus de Catone  
 15. Vogelii Scia graphia  
 16. Programa scholast. de  
 falso fictisq religionibz  
 17. Willius de Possibilitate  
 e Miraculorum.  
 18. Pries de Quatenariitate  
 doctrine et Unione pers.  
 19. Meissnerus de Bonis  
 Ciuitatum primariis.  
 20. Isaaci Peperi thesis  
 de Aduocatiis liberam  
 21. a Windheim ad audiendam  
 orationem invitat audidores  
 premisis brevibus vindicis  
 Pomponatii contra Beyleum
22. Schubett de peccati  
 in spiritum s. irremissibilitate  
 23. Mansueti Terrae  
 haeredes.  
 24. Hane de Adoptione  
 diuina  
 25. Sturm de Profesorum  
 privilegiis  
 26. Walchius de litteris  
 electorum confessionis  
 thesibus.  
 27. Pfeiffer de Reconciliatione  
 one cum Deo p. Iesum Chr.  
 28. Guttorff de Olei. et  
 vini praeparatione  
 usque.  
 29. Rambachii Pellis  
 ouina.  
 30. Lippus. Fr. Fung. dor  
 griseus vnde Gjorff mästig  
 unfersum vnde Mariffes Knodz  
 31. Haugk de Tincturis  
 alcalinis aquofis  
 32. Musicalisq. Organoq.  
 bey dor introduction zu  
 33. item dor Anzugs  
 dt. Baungard. de generatione.  
 34. Kraftius de Vaporum  
 et Halitum generatione  
 et elevatione  
 35. Doppelmeieri Physica  
 experimentis illustrata

36. De attractione et  
electricitate
37. Scudelii invitatio  
ad ourfotias quas dicunt  
lectiones.
38. Manfueti Terrae  
haeredes.
39. Meijner de Bonis  
ciuitatum primariis
40. Programma scholasticum  
de falso fictisque  
religionibus
41. Carrach de Paschalibg.
42. Guennorijp. Golofte
43. Vnde de Fine bonorum  
<sup>et malorum</sup>
44. Buddei questio an  
naturali homines  
olleant ratione andi  
facultate.
45. Fechtius de Statu  
infantium
46. Treuerus de vera  
causa Luminis bore  
alis etc.

ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRORECTOR  
**IO. TOB. CARRACH**  
JCTVS

POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI A CONSILIIS INTIMIS FACUL-  
TATIS JURIDICAE SENIOR, PROFESSOR JURIS PUBL. ORDINA-  
RIUS ALUMNORUM REGIORUM ET PROVINC. HALBER-  
STADIENS. EPHORUS

ET RELIQVVS  
SENATVS ACADEMICVS  
ANNUA SACRA

**PASCHALIA**

AD D. XXX. MARTII C<sup>10</sup> CC LV.

INDIVNT

ADDITA COMMEMORATIONE

CONATVVM HENRICI GVIELMI LVDOLFI  
CIRCA ECCLESIAE ORIENTALIS SALVTEM

INDE A MEDIO NOV. ANNI C<sup>10</sup> CLXXXVII, USQVE AD FI-  
NEM A. C<sup>10</sup> CLXXXVIII.

HALAE

E TYPOGRAPHEO LEHMANNIANO.

C<sup>10</sup> CC LV.

41

42

43

44

45

46

ACADEMIAE LUDICRIVANAE  
PRORECTOR  
IOTOBGARRACH  
IOTAS  
PONTISSIMO RODIGEROS M. REITZ CONSILIARII TITULARIS  
TATIS DEDICACE BERNHARD. LUTTEREROR. BURGESS. AL. OCHINI.  
R. A. VONNOCHE. K. G. VON H. T. E. B. V. N. V. S.  
ET REUOLAS  
SENATAS ACADEMICAS  
ANNIA SACRA  
PASCHALIA

AD XXX. MARCI. 1590. CO. 7A  
IN BURG  
ADDITIONAL  
ADDITIONAL  
CONSTATVM HENRICI GALLIEFMI LADOTI  
CIRCA ECCLESIE ORIENTALIS SCULPTORE  
INDI ET MELI NOV. ANN. 1590. DECIMUSXVII. SCULPE AD HE  
IN. A. C. 1590. XXVII. ANNO  
THEATROGRAPHIAE ET INVENTIO



Edio \* Novembri anni cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> c<sup>l</sup> LXXXVII. longum  
iter ingressus est Ludolfus. E Belgio primum  
venit Halam; ubi ad diem usque X. Martii  
cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> c<sup>l</sup> LXXXVIII. commoratus est: inde per-  
gebat in Italiam: naveque consensa, die XV.  
Novembribus Smyrnam appellebatur. Ipse: „diu meditatum iter  
„orsus, Venetias, & inde Liburnum me contuli; ubi toram æstatem  
„(transagi) metu ardoris solis, (qui tum) in regionibus orientalibus,  
„(esse solet) aliqua interim fundamenta turcicæ linguae jaciens, quæ  
„peregrinanti in oriente valde utilis est. Mense octobri modo dicti  
„anni, navem hollandicam conscendi, quæ me feliciter Smyrnam de-  
„portavit. A tot auctoribus descriptum est mare mediterraneum,  
„ut vanus labor esset, si cuiuslibet diei ventum & insulas Archipelagi,  
„per quas transivimus, solicite describere vellem.“ Reliquos anni  
dies Smyrnæ egit. Ipse: „Smyrnæ quatuor menses absunt, ma-  
„gnam partem febri laborans, quæ advenis satis familiaris est, &c.“  
Ab initio anni cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> c<sup>l</sup> LXXXVIII. usque ad diem III. Martii adhuc  
Smyrnæ degit: „in monte, inquit, juxta urbem, castellum optimum  
„adspicuum urbis exhibet, &c. In ascensi<sup>o</sup>nem versus modo dictum ca-

A 2

stellum

\* Antegressa exposuimus in Progr. sub finem a. cl<sup>o</sup> I<sup>o</sup> cc LII. publicato.

Describere vellem. Ep. de eccl. orient. misc. 28.

Satis familiaris est. Ibid. 28, 30.

42

43

44

45

„stellum ruderā apparent, ubi Johannis Polycarpi *facellum* extitisse  
dicitur. Locus adhuc Græcis sacer est; ignemque videbamus,  
cui thus indiderant &c. (Græci) plerumque die Sabbati hilariores se  
ostendunt, bibendo, instrumenta pulsando atque saltando; ut noctem  
inter Sabbatum & Dominicam (diem) saepius insomnem traducerem,  
cum Smyrnæ hospitium haberem in loco, ubi multi Græci habita-  
bant.“

Die III. Martii, Smyrna relictā, Constantinopolin nauigauit,  
atque in hac urbe mansit usque ad XVI. diem Septembri. Ipse hæc  
adnotavit: „Sub *initio* mensis Martii clo 10 c LXXXVIII. navem An-  
glicam conscendi; qua tridui spatio feliciter Constantinopolin fui  
delatus, &c. Situs Constantinopoleos ab aliis est descriptus; ejus  
namenitas vero imaginationem excedit, nisi quis præsens spectauer-  
et. In primis totus Phosphorus thracicuſ a Constantinopoli usque  
ad ostium maris nigri. V circiter milliaribus germanicis distantis,  
admodum suaviter visum demulcat pagorum & palatioruin, viri-  
dantibus collibus intermistorum, multitudine.“ Byzantinæ com-  
morationis fructum esse putamus, græcae linguae vulgaris peritiam,  
quam ei tribuit ANASTASIUS MICHAEL, Macedo, his verbis:  
„Non possum, quin hic mentionem cum decenti laude faciam nobis-  
sissimi Domini, HENRICI WILHELMI LUDOLFI, quem non modo φιλέ-  
ωντα; sed etiam, tanquam genuinum Græcum hac in parte, ratione  
conuersationis & linguae, me cognovisse fateor.

„Ludolfus: Patriarcha constantinopolitanus, Callinicus, ægro-  
stabat, cum tempus discessus mei appropinquaret; unde factum est,  
ut illum non conuenerim. Distuleram enim illud in principio, ut ali-  
quantum turcici vel græci sermonis mihi compararem; alterutra  
enim lingua alloquendus erat, & aliena interpretatione uti, nunquam  
mihi volupe fuit, &c. Integritatis laudem acquisiuit, dum sedem  
patriarchalem, ære alieno fere obrutam, multis debitis liberasse di-  
citur. Frequenter enim unus alterum extrudit, muneribus magno  
Vezirio oblatis. Plerumque XXV millia imperialium novus patri-  
archa magno Vezirio donat: quo pacto sedes ære alieno valde gra-  
vatur; -

Græci habitabant. Ibid. 22.

Multitudine. Ibid. 31.

Cognovisse fateor, in Epistola medio Septembri clo 10 cc III. ad Jo. Trib-  
bechovium scripta, extantique in huius Linguae græcae vulgaris Elemen-  
tis F. 2. (b).

vatur &c. Constantinopolitanum DCC crumenas debere audiui. Non autem magis culpandi sunt clerici, hoc modo (*Christi ovile*) intrantes, quam laici, spe magnarum usurarum pecunias suppeditantes. Quare valde mihi placuit responsum, quod Pontifex romanus quidam dedisse dicitur ablegatis Græcis, qui opem Pontificis romani ad solvenda debita petebant; nimirum: se illis auxiliaturum, si pro certo promittere possent, quod in posterum patriarcha usque ad finem vitae dignitate sua sit gauisurus.

Magna Græci spe se lactant, quod hodiernus Imperator Russus adimpleturus sit celebre illud vaticinum, quod orientalis Ecclesiæ liberationem a jugo turcico promittit. Vix credideris, quanta lætitia Græci fuerint perfusi, cum præterito anno navis bellica Russica legatum Zareum Constantinopolin apportauerit; quasi spartæ liberationis auspicium magno numero spectatum ibant. Contingebat, ut aliquis minister turcicus Græco cuidam diceret: *hæc est prima navis Russica, quæ unquam hic visa fuit &c.*\* Sæpius de hoc vaticinio audiveram & legeram; tandem illud, fusius allegatum, videlicet, cum in ameno pago, supra Phosphorum sito, duobus circiter milliaribus germanicis ab Ostio maris nigri distante, apud senem quendam græcum hospitarer. Varios libros, in lingua græca vulgari conscriptos, ille conquisuerat; inter quos unus erat, *Synopsis variarum historiarum* vocatus. In fine illius libri recensebatur, quod in sepulcro Constantini inventæ fuerint literæ græcae, lapidi incisæ: quarum significatio diu fuisse ignorata; tandem pius aliquem virum exposuisse: quamlibet literam significare vocabulum, cuius esset *initium*. De potentia Turcarum primo loquebatur, quæ tandem esset destruenda per genus Ξανθων: per quod Russos intelligunt: ultimo pacem, super terra (*futuram*) & chiliasticam felicitatem promittebat.

Non possum mihi temperare, quo minus hic referam, quod modo dictus senex, hospes meus, quadam die dominica me in templum græcum fecum ducebat: ubi ceremoniam abunde superstitionem conspiciebam. Cum Sacerdos — \*\* consecrata elementa sacrae

A 3

cenæ

\* Græci responsum non extat integrum, verbis quibusdam easu aliquo deletis; quæ restant, hæc sunt: *Græcus præ gaudio non bene expendens, respondebat.*

\*\* Lu, addiderat *in*, & post hanc voculam aliquid spatii vacui reliquerat.

42

27

45

46

„ccenæ per templum circumferret: aliqui mitras suas in terram pro-  
„pjiciebant, ut (*ille*) super eas transiret; nescio, quam sanctimoniam  
„mitris suis, atque capitibus, quibus (*istæ*) imponendæ erant, inde  
„ad hæsuram sperantes. Femina quædam puellam quandam parvu-  
„lam in terram procumbere cogebat; quo similiter sacerdos super-  
„eam transiret. Cum cauissam sciscitatus essem, mihi dicebant:  
„puellam illam morbo quodam diu laborasse, atque hac ratione recu-  
„perationem sanitatis sperari.

„Chalibone non exiguae turbæ fuere, dum Syriacus episcopus  
„ecclesiæ suæ detrimentum imminere putabat a Syro quodam, Jaco-  
„bo Ephesio, – qui Romæ (*litteris*) studuerat; atque (*bis*) tandem  
„Constantinopolin confugere coactus fuit. Cum – \* Imperator Tur-  
„carum Adrianopoli rediret; atque non tantum Muhammedani, sed  
„etiam Christiani & Judæi ipsi extra urbem obviam ire deberent: Ju-  
„daei Magni Vezirii *Secretario*, qui turcice Kiahā vocatur, munus,  
„uti intellexi, quinque Crumenarum obtulerant, ut Christianos præ-  
„cederent. Quo intellecto, christiani ipsum Magnum Vezirium con-  
„veniebant, ostendentes: iniquam & christianis Principibus invisam  
„rem fore, si, contra morem *bucusque* receptum, Judæi Christia-  
„nis præferrentur. Jussit eos veterem locum tueri. Cum dies so-  
„lennis introitus imperatorii venisset; Judæi locum, quem munere  
„supra dicto (*se*) comparasse credebant, occupare conabantur, Arme-  
„nos, ut debiliores, primo prætergredi nitentes. A rixa ad pugnam  
„deveniebat res, cum sacerdos quidam armenus lapide feriretur;  
„ita exacerbati sunt animi, Græcis opem Armenis ferentibus, ut plu-  
„res Judæi ad mortem fere vulnerarentur, atque tandem majoribus  
„viribus cedere cogerentur. Neque aliquis Judæus in platea vel sca-  
„pha postea comparebat, quin omnes ipsi *in clamarent*; *daba assha*;  
„inferius, sive inferiorem locum occupa. Plerumque Christianis  
„magis, quam Judæis, fraudibus suis se exosos redditibus, Turci  
„fauent; quanquam astutia sua Judæi publicanorum mensas & vecti-  
„galias occupauerint, neque Turca cum christiano quicquam contra-  
„hat sine interventu Judæi.“

Jnde a medio Septembri navigatio in Palæstinam viginti dies  
consumit. Ludolfus: „(Die XVI. Septembris navem ingressus)  
„Con-

\* Lu. addidit præterito anno, scribens hoc, ut videtur, anno cl. I. cc.  
Interventu Judæi. Ep. de eccl. orient. misc. I4, I5, 22, 23.

„Constantinopoli Joppen profectus sum. (Comites inter alios erant  
Armeni, religiosam ad sacrum sepulcrum profecionem obeuntes):  
atque ærumnas illorum peregrinatorum non sine misericordia intui-  
tus sum. Ducentorum numerum excedebant, præter Graecos cir-  
citer XXXX & totidem Judæos & Turcas; atque adeo compacti ja-  
cebant, ut mirum non fuisset, si aliqui suffocati fuissent.

„In Insula Chio acrius, quam alibi, certatum fuit. Post abitum  
Venetorum omnia templo Latinis sunt ademta, (hoc) prætextu, quod  
Poenitis in occupatione insulæ faverint. Sperant tamen Latini,  
autoritate Regis Galliae brevi restituenda fore templo, in quibus Je-  
suitæ, Capucini & Dominicanī sacra faciebant. Cum alienæ rixæ  
me immiscere atque alterutram partem amplecti a moribus meis  
alienum sit; – indifferenter cum utrisque conversatus sum; atque  
utramque partem culpam in alteram rejicere, neutram tamen culpa  
prorsus expertem deprehendi; cum studium, sua & ea, quæ Christi  
non sunt, quærens, undique se immisscat, & neutra pars alteram  
(cum) mansuetudine, Christiano digna, tractet. In concionibus  
enim audiui, quantopere auditores ad odia incitentur.

„Idem quoque malum (quo ecclesia adfligitur byzantina,) ec-  
clesiam Armenam premere deprehendi. Hodiernus enim patriarcha  
hierosolymitanus Armenorum magna quoque debita contraxit  
litigando cum alio quodam, qui (ex) sede (Iua) fuit ejus. Li-  
tium enim successus in oriente a muneribus, judici oblati, dependet;  
neque minimum favorem a quoquam obtinebis, si vacua manu com-  
pareas. Id quod expendere videbatur aliquis Armenus, qui inter  
peregrinatores comes itineris mihi erat – Constantinopoli (pro-  
fiscienti) versus Joppen. Quodam enim vespere haustu aquæ  
pro muliere indigebat; atque me interpretem adhibere volebat, ut  
a navarcho illum pro eo peterem. Sed antequam, quod vellet, mihi  
exponeret, malum cydonium mihi offerebat. Qua simplicitate  
me valde delectabat; quod munere me inducendum crederet, ut  
tam parui momenti officium ipsi præstarem.“

„Die V. Octobris appulit in Palæstinam, atque in ea usque ad  
initium Decembris moratus est. „Per orbem, inquit, perstrepere  
contentiones in terra sancta (agitata): non tantum ingentes pecu-  
niæ summas Graeci & Latini in litigio circa sanctum sepulcrum ero-  
ngavere; sed etiam in vitæ periculum nonnulli adacti fuere, dum  
man-

Jps præstarem. Ibid, 8, 3, 15.

42

44

45

46

„mandato imperatorio turcico restituenda esset Latinis possessio sacri  
„sepulcri, quam Græci per decentium, ni fallor, usurpaverant.  
„Lis quoque adhuc pendet de refectione recti, (quod) supra sacrum  
„sepulcrum (est;) dum Græci Latinis concedere nolunt, ut te-  
„ctum istud reparent, atque hoc (etiam) modo sacrum sepulcrum  
„sibi proprium reddere occupent. Interim ligna, ad hoc opus ex  
„Europa magnis sumtibus ante paucos annos Hierosolymam advecta,  
„putrescunt.

„Vix credideris, quantis sumtibus, periculis, & molestiis ingens  
„multitudo Hierosolymis quotannis e toto Oriente confluat. Soli  
„Armeni sexcenti, etiam mille, ut audivi, interdum existunt; Græ-  
„ci & Copti minori numero. Syri, Georgiani & Abessini, pro-  
„pter debita contracta, amplius non comparere audent. Nam scire  
„volo, quod qualibet gens christiana, Hierosolymas adire consue-  
„ta, sua habuerit hospitia, atque in templo sacrosancto loca. Turci  
„vero pecunias extorquendo ejusmodi hospitia saepius adfigunt;  
„ut, præter Latinos, soli Græci & Armeni subsistere potuerint. Ha-  
„bent quidem Copti, Nestoriani & Syri adhuc sua monasteria; sed  
„(sola) miseria & paupertas eos contra Turcas tuerur, &c.

„Postquam (Armeni & Græci, comites mei) Joppen appule-  
„rant, primo praefectus vectigalium, Turca, quantum pecuniae po-  
„terat, iis extorquebat; & postea ab Arabibus in itinere misere vexa-  
„bantur. Accidit interdum, ut nonnulli uestes suas vendere cogan-  
„tur ad sumptus itineris faciendos, quando post festos dies paschæ do-  
„num repetunt. Omnes tamen molestiæ eos non deterrent, quin  
„quotannis magnus numerus Hierosolymas adeat, &c.

„Sacri peregrinatores Hierosolymis portam templi sancti se-  
„pulcri quotidie religiose osculari solent: & quando, debita nummo-  
„rum summa Turcis exsolura, apertum fuit ostium, in genua provo-  
„lutos (atque) lapidem, sacro sepulcro impositum, osculantes – su-  
„spiria & lacrymas effundere vidi; ut de piis animi motibus nequa-  
„quam sit dubitandum.

„Tenacius (quam alexandrinum) suo ritui inhærentem depre-  
„shendi Patriarcham hierosolymitanum. Pontificii conqueruntur,  
„quod XXX circiter annos, ex quo sedem patriarchalem tenuit,  
„ipsiis valde adversatus fuerit. Duos libros vidi, quos contra pon-  
„tificem romanum scripsit, impressos in Vallachia; cuius regionis  
„princeps collegium (professorum) & impressionem (librorum in-  
„stituen-

„stituendi libertatem) Græcis concessit. Ultimo editus (*liber*) Τόμος  
„διάταξις καὶ ἀνθίτων vocatus, satis magno volumine constat, atque  
„mihi ab ipso benevole fuit donatus.

„Valde mirabar, quod – (*Novum Testamentum*) non inveni-  
„rem Joppæ in Græcorum monasterio; quod exstructum dicitur  
„in eo loco, ubi erat domus (*Simonis*) apud quem hospitabatur  
„Petrus, cum centurionis, Cornelii, servi ipsius vocatum venissent.

„Syri monasterium & templum, a duobus *monachis*, insignem  
„miseriam præ se ferentibus, inhabitatum tenent; quod S. Helena  
„exstrui curavit in eo loco, ubi Marcus habitasse & primo bapti-  
„zasse dicitur; fontem illum, *baptismo inservientem*, ostendunt.  
„Querebantur, quod syri mercatores, Hierosolymam venientes, non  
„apud se, sed apud Armenos diverterentur; ne forsitan debita, &  
„Syris contracta, ab iis petantur.

„Armenorum Patriarcha hierosolymitanus: per errorem pa-  
„triarcha vocatur; proprie enim loquendo unus (*tantum*) patriarcha  
„Armenorum est, qui in (*loco*) Egmiatkinum (*dicto*), residet:  
„quotannis circa finem Augusti navem Constantinopoli conducit,  
„quæ peregrinatores religiosos Joppen vehat, &c. Armeni in primis  
„magnam spem procurandæ salutis suæ in peregrinatione hiero-  
„solymitana collocant. Magna parsimonia plerisque vitam tole-  
„rant: & quamprimum quis aliquantum pecuniæ collegit, sacræ ex-  
„peditioni se accingit; nonnulli bis, etiam ter, eam peragunt. Qui  
„se Persarum ditione Hierosolymam adveniunt, majoribus adhuc  
„incommodis exponuntur. Absoluta diæta peregrinatione sacra,  
„turcico & arabico vocabulo, Hadji, insigniuntur; quo nomine  
„Muhammedani suos compellant, qui Meccam visitavere. Neque  
„surgentiori desiderio quisquam Muhammedanorum hunc titulum  
„ambit, quam Armeni. Et inter nostrates, amore mundano labo-  
„rantes (*homines*) majorem voluptatem non percipiunt ex nobili-  
„tatis diplomatis, vel aliquibus dignitatum titulis, a Principe con-  
„cessis, quam miselli isti ex (*facta nomine*) Hadji salutatione; quan-  
„do non amplius Petrus, Johannes (*appellantur*), sed Hadji Petri,  
Hadji Johanni compellatione decorantur, &c.

„Cophtorum monasterium, S. Georgii vocatum, duos mo-  
„nachos Cophtos & unum Abeßinum meo tempore alebat. (Unum

B

nigitur

*Loco &c. Histoire dela Creance & des Coutumes des Nations du Levant par  
de Moni, 217.*

42

44

45

46

igitur) Abessinum (cui Abdimesichi nomen erat) Hierosolymis  
inveni; hic & facie & moribus ingenuum animum, cum pietate  
conjectum, prae se ferebat. Cum ipsi quatuor Prima capita  
Geneseos, æthiopice & latine Francofurti impressa, donassem:  
partem impressionis valde mirabatur; &, ut gratum animum te-  
staretur, dimidium folii ex veteri (codice) æthiopico (manu scri-  
pto) mihi donabat; &, postquam majorem consuetudinem con-  
traxissemus, parvum aliquod (scriptum, itidem) manu exaratum in  
memoriam sui mihi offerebat. Dicebat: se gemmæ instar istud  
hucusque servasse, neque fratri suo tradere voluisse; si (illud)  
perpetuo mecum circumferrem, me a periculis liberum fore.  
Continebat multas preces, quarum maxima pars ad b. Mariam,  
Virginem, directa erat. Cum dicerem, me optare, ut ipsi vi-  
cissim aliquod munus dare possem; dicebat: pecunia opus non  
habeo; nam (ea, quæ) ad vitam sustentandam necessaria (sunt,)  
hic in monasterio mihi suppeditantur: sed si librum Psalmorum,  
vel Evangelium, vestro more impressum, mihi ex Europa mit-  
teres; magno me gaudio affecturus esset. Totum Psalterium fe-  
re memoriter recitare poterat; & (cum) majore pii ardoris signifi-  
catione id facere videbatur, quam Europæos nostros longas  
preces blatre vidi. Confirmor, non sine ratione patrulum me-  
num in Historia sua æthiopica genium gentis Abessinorum tan-  
quam valde laudabilem representasse, &c. Abdimesichi, majo-  
rem (habere) amorem erga Deum, & fiduciam in ipso colloquare  
(majorem videbatur,) quam plerique nostrates.

Ex Palæstina die I. Decembri discessit, trajequoque mari, die III.  
venit in Ægyptum. Hic adiit Damiatam & Cairum, Sermo (ait,  
mibi fuit) cum Patriarcha alexandrino, (versans) circa verum,  
idque maxime, quod in eo præcipuum est, habentem christianis-  
mum &c. Dicebat, se neminem habere, cum quo sermonem de  
hac materia conferre posset. Abessinus, apud patriarcham Co-  
nptorum inventus, suadebat, ut orationem dominicam æthiopi-  
cam memoriae imprimere. Ita plerique existimant, Deum ma-  
gis favere suo ritui.

Varia

Majorem. Schedula, cuius, præmisso loco ruthenico, hos est initium:  
Sermo cum patriarcha alexandrino.

Nostrates. Ep. de eccl. orient. 4.7.8.6.14.19.17.

Suo ritui. dicta schedula.

Varia potuerunt esse, quæ obstare putaverit Patriarcha, quo minus cum aliis de vero christianismo colloqueretur. Proxima est de ignorantia aliorum conjectura. Quidquid autem fuerit: peccavit ille, quod hucusque de argumento tam necessario omiserat sermonem aliquamque institutionem; & gravius, si posthac quoque id neglexit. Quamvis apud nos impedimentum illud non prorsus cesset; alia tamen frequentiora sunt, quæ colloquis piis adversantur. Quorum animus nondum gustavit Evangelii bonum, \* nec habet, exercereturque opus fidei, caritatis labore, tolerantiam aduersorum, spe nitentem, in Domino nostro Jesu Christo sita; \*\* sed in servitute alienæ a Deo cupiditatis hæret: \*\*\* num his liberet apud familiares de vero christianismo loqui, quod proficeret ad eum recte cognoscendum, suscipendum, firmandum, provehendum? Nisi prorsus ludibrio eis est doctrina cauſaque Christi, & honestate quadam continentur; sermones certe hæc potissima habebunt: vexantem veros christianos censuram, calumniam simulatæ pietatis, de illata in christianismum austoritate querelas, de relaxando illo pro cupiditate domina ratiocinationes. Hæc per omnia secula ætatesque hominum a profanis factitata sunt. Jam olim justo tristior habebatur adstrictus templo Hierosolymitano Dei cultus publicus: contendebatur, adstrui huic posse lucorum, luxuriæ & commercii libidinosi oblectamenta. Severo exilio castigatis illis, succedente in Babylonici dominatus locum græco, in posteris tamen ipsorum non defuerunt, quibus visum est, Græciæ nunc quoque admitti posse hilaritatem. Recentia adhuc Evangelio Christi, jam nata est necessitas edendæ in baptismo professionis formulæ inferendi, quod amoliretur disciplinæ christianæ dissolutionem, laxamenta, quæ ex paganismo nonnulli adsutum ibant: cuius providentia documeta & rationes passim in Tertulliani, Chrysostomi Salviani, aliorumque scriptis inueniuntur. At locus tempusque plura addere non sinunt.

Vobis, dilecti cives, meditandum festis his diebus proponimus sanctam de cauſa Christi colloquium, quod duo ejus discipuli, Emauntem eentes, habuerunt. Duce hac meditatione, velimus vos a turba facere secessionem; percipere sermones Christi, & scriptos & ore ministrorum ejus propositos; efficaciae illorum locum facere; cum aliis inde perceptos communicare fructus. In turba, quam intelligi volumus, cum alia fiunt saluti vestræ inimica; tum, quod

B 2

Apo.

\* Hebr. VI, 5.

\*\* I Thess. I, 3.

\*\*\* I Jo. II, 15.16.

42

43

44

45

46


Apostolus memorat, dicens, mores bonos colloquiis corrupti malis. \* Plures, proh dolor! vidimus, aliquid bonae mentis ex curatiori educatione ac institutione huc adferentes, sed in sodalito repente factos alios. Ab his amicitiis oportet se removere, quotquot ad divinam adscribi velint, & Christi bonorum reddi participes. Sermones sacri, quibus vos imbui cupimus, pro tempore ii maxime sunt, quos redux ex mortuis Servator cum suis instituit, summatim ab his adnotatos, quosque eorum successores, doctores publici, ample explicare solent, animisque instillare. Ad hos audiendos cupidi accedite: socordia excussa, animique tarditate, \*\* qua hucusque multi detenti fuerunt; hoc quasi ab auribus, lingua & oculis paeti, ut Deo soli animorumque vestrorum saluti in sacro conventu vacetis. Efficaciae auditii in doctoribus Christi locus faciendus est hujus spiritu, quem serio petenti nemini denegat: modo cavete, ne eum retinendo malo proposito excludatis. Frustratus, ex verbis divinis conceptos, in vobis maturari quidem oportet antea, quam partem eorum aliis utiliter praebatis: sed sine sermone quedam quoque fieri ab initio solet communicatio constanti mutaræ vitae specimine, \* abrupta amicitia pravorum atque vanorum, & pluribus aliis modis; quæ unus alterque, in quo sana superest cogitatio, non frustra intuebitur. Deinde suo tempore, superato, quem habuit imbecillitas, pudore, divinitus confessioni ac institutioni aperta via, a vobis efficaciter praestabitur, quod Apostolus \*\* inculcat: „Virtutes praedicate ejus, qui vos ex tenebris in suam lucem admirabilem vocavit, &c. abstinetе vos a corporis cupiditatibus, quæ contra animum militant, rectam vivendi rationem servantes inter ethnicos (et expertes veri christianismi christianos) ut pro eo, quod vobis, tanquam maleficis, detrahunt, recte facta considerantes, Deo tribuant gloriam, (ipſi quoque ei se addicentes) in die visitationis.“ Hæc omnia, ut in vobis perque vos fiant, ut æternum sitis felices, ut multum profitis ad genus humanum beatum, pro paterna caritate, qua vos omnes singulosque completimur, ex animo optamus. P. P. in Academia Fridericia-na, die XXVIII. Mart. cl̄o cc̄ LV.

\* 1 Cor. XV, 33.

\*\* Luc. XXIII, 25.

\* 1 Pet. III, 1.


\*\* Cap. II, II, 12.













gere potuit, nisi alia lux accesserit (Conf. illum igitur, praeter solem, corpus lucidum hoc phaenomenon nocturnum suos radios sset. Ex sole nempe sub horizonte nostro aërem densorem circa polum ad nos vanibus & reflexionibus peruenient.

## XXVII.

t quidam fieri haud posse, vt radii circa tot millaria refringantur. At experimen- ra est potestate, quod possibilitatem huius Fiat camera obscura & immittatur in illam Suspendas filo globum vitreum cauum, is aqua repleta est, ita vt hic radius solis in rtem huius globi vitrei incidat nempe ex E fig.), & observabis, hunc radium per vi- tam refringi in B, & pars huius radii tran- in aërem liberum. Altera vero pars re- C, & pars huius radii per priorem reflexio- anslati iterum per vitrum in aërem trans- Altera pars autem reflectetur in D & per vi- ressa per refractionem eam directionem ac- cimum & plenum radium solis in E fecet, & o camerae obscurae cum coloribus iridis se- Quod experimentum, satis euincit, radi- ore pellucido figuram sphäericam habente refractiones & reflexiones circumduci

Celeberr. Hambergeri Elem. Physices §. 454. 455.

## C 2

## XXVIII.